

## Lectio III

### *Commentarii de bello Gallico*

[1] 1 Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. 2 Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. 3 Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe commeant atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, 4 proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. 5 Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. 6 Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. 7 Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

### Λεξιλόγιο

divido, -si, -sum, -ere (3): διαιρώ, χωρίζω

pars, -rtis (θ.): μέρος

incolo, -colui, -cultum, -ere (3): κατοικώ

apello (1): (απο)καλώ

institutum, -i: ήθη, παράδοση

lex, -gis (θ.): νόμος

Garumna, -ae: Γαρούνας/ Γαρόνας

flumen, -inis (ου.): ποτάμι

Matrona, -ae: Ματρόνας

Sequana, -ae: Σηκουάνας

fortis, -is, -e: δυνατός, ανδρείος

propterea quod: επειδή

cultus, -us (α.): καλλιέργεια

humanitas, -atis (θ.): πολιτισμός, ανθρωπιά, παιδεία, λεπτότητα στους τρόπους

absum, afui, -, abesse: απουσιάζω, απέχω

minime (επιρ.): ελάχιστα, καθόλου  
 saepe (επιρ.): συχνά  
 mercator, -oris (α.): έμπορος  
 commeo (1): έρχομαι, ταξιδεύω, συχνάζω  
 pertineo, -ui, ere (2): ανήκω, προσιδιάζω, εκτείνομαι  
 importo (1): εισάγω  
 proximus, -a, -um: κοντινότερος, πλησιέστερος  
 continenter (επιρ.): συνεχόμενα, ασταμάτητα  
 praecedo, -cessi, -cessum, -ere (3): ξεπερνώ  
 fere (επιρ.): σχεδόν  
 cotidianus, -a, -um: καθημερινός  
 contendo, -ndi, -ntum, -ere (3) cum aliquo: ερίζω, φιλονικώ  
 finis, -is (α.&θ.): περιοχή, όριο, σύνορο  
 prohibeo, -bui, -bitum, -ere (2): απομακρύνω, εμποδίζω  
 obtineo, -nui, -tentum, -ere (2): κατέχω  
 capio, cepi, captum, -ere (3) + initium, -ii (ου.): ξεκινώ  
 contineo, -nui, -tentum, -ere (2): περιέχω, συγκρατώ  
 attingo, -tigi, -tactum, -ere (3): αγγίζω, συνορεύω  
 vergo, -rsi, -, -ere (3): κλίνω, στρέφω  
 septentriones, -num (α.): βορράς  
 orior, -rtus sum, -iri (4, αποθ.): ξεκινώ, ανατέλλω  
 inferus, -a, -um: ο κάτω  
 sol, solis (α.): ήλιος  
 mons, montis (α.): βουνό  
 occasus, -us (α.): δύση, πτώση, αφανισμός